

# Itinera Gornonis

---

Translatio Primae Historiae  
A “ThreeToe”

A RudeGuyGames scripta

In Irigothe capite a paupertate furari Gorno compellatus erat. De viatoribus insciis sacculos cultro clepto a culina tabernae ubi residebat Gorno secabat. Caput magnum erat et numquam Gorno de incolis nativis eum recognoscere potentibus furatus erat. Dies tum turbae cibi advenit. Longe exercitus bellum latus erat et commeatus ei missus opes urbis deminuit. Agricolae extra murum tributa pecuum frumentorumque accrescentia pendere negaverant. Multi fundi a custodibus incensi erant. A fame compellata atque a custodibus regionem pauperculam discedere clausa, turba intra urbem domus suos incendebat. Dum custodes in turbam continendo, amictum atrum Gorno induebat atque regionem mercatorum irrepebat. Tabernam singulam introibat ut saccum suum auro pensitationibusque impleret. Flammae appropinquabant. Potestatem ad turbam amiserant custodes itaque occidio tum cooperat.

Gorno regionem mercatorum fugebat cum custos cataphractus viam ingredietur. “Inspiciamus quod mihi habeas,” custos inquit saccum rapiens. Conabatur fugere Gorno sed capulo suo custos cerebrum Gornonis icit.

In carcere excitabatur de causa suae vitae intactae admirans. Miseratus esset custos virem qui eum pensitationibus variis beavit. Lumen facularum per fenestram clathratam cellae suaे lucebat et praeter eam voces aliorum praedatorum tortorum audire poterat. Muros saxeos manibus scrutabatur cum laterem laxum invenit. Pro instrumento solum conquirebat atque testa saxea potitus est. Multos per dies laterem laxum verberavit. Succubuit tandem cuniculumque obscurum ostendit. Per rimam Gorno iit.

Magnam cavernam subterraneam invenit. Fungi luentes ei viam lucebant. Flumen subterraneum mox invenit. Procul umbrae se movebant. Gemitus cobali audire poterat. Omnes cobali in umbras disperserunt absque uno ratem concidente transque flumen ad Gornonem rudi longo navigante. Gorno in rima obscura cobalum exspectabat atque cobalus ratem descendit saxaque tum circumspiciebat. Cobalus saxa supra dorsum suum iaciebat sub sibi decens inveniendum. Saxum inspiciebat cum Gorno a tergo attigit. Cobalus gladium suum tractare conatus est sed Gorno bracchium circum faucem eius habebat. Violenter caput cobali torsit antequam fregit cervix. Cultrum cobali asperum rapuit atque tum cor cobali ad necem affirmandam fodit.

Post cruorem a cultro femore abrasit ultra in cavernam meavit Gorno. Cautus cobalis pluribus flumen transnavigans erat. Hiatum per angustum repebat cum prodibat cobalus clavam habens. Revertebatur itaque sed a cobalo flagellum aculeatum habente appropinquabatur. Gladium suum tollebat atque ad adversarium flagelliferum assiliebat cum humo ictu capitali deponeretur.

Antequam ignem ferventem cavernae extra limen ostenderunt aperti sunt oculi eius. In flammis magna cortina concoctione ferventi completa. Circum cortinam canentes cobali duodecim saltabant. Gorno ad arborem astrinxit at vincula attrita arescentiaque erant. Ebrii potu sanguinoso facti sunt cumque ad iniciendum Gornonem in concoctionem solveret cobalus, e vinculis laxis exsiluit Gorno deinde faciei eius pugnum adiecit. Cobali claudentes ad eum perplexi sunt. Telum rapuit eoque proni cervicem cobali perforavit. Hastam alia manu habens trahensque alia cobalum mortuum, in tenebras fugit. Unum post diem fugiendi campum ingentem invaserat. Eum veste eius spoliaverant cobali autem haec gens non induebant. Gorno silice acuto cuspidis suaे corium a tergo cobali scidit. Corio putido deinde lumbarium fecit.

Campos vagatus erat cum fumum ex vico longinquo invenerit. Illuc populus cannabe indutus erat atque bellatorem humili cum hasta admiratus est. Custodes vicani tegumine scordeo, quod e paucitate boum vico pretiosum, induiti erant. Securibus ferries pauperibus armati sunt. Vici casulae herba factae erant. Rarae erant arbores gramen autem totum campum operuerat. Vicani circum ignem magno cum studio historiae audiendae Gornonis convenerant. Pauci crediderunt sed gustaverunt omnes. Familia eum hospitari sivit itaque in casula eorum illa nocte dormivit. Comptus saturque erat. Plures historias itinerum suorum circum ignem per congressiones narrabat. Paucos post dies eum abire debere dixit. Pater familiae, cum qua hospitatus erat, filiam suam ei praebuisset si mansisset. Illa nocte, raucam post ceremoniam in qua vicus totus ebrius factus erat, Gorno in casula pro eis aedificata novam uxorem suam confutuit.